



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXV. Burchard von Berge, Vicar des Bischofs von Verden, bestätigt den Kaland zu Seehausen, am 27. Mai 1403.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

vero — diligenti consideracione perpenfantes ac studiosa inquifitione et examinacione prehabita, recepimus dictam veftram fraternitatem in honorem omnipotentis Dei, totiusque curie triumphantis ac fidelium animarum falutem deuote institutam, ejusdemque folennitates ritus confuetudines et obferuancias cum diuinorum celebracionibus ac eleemofynarum largicionibus pias iufas efle et deuotas, confratres vero laudabilis vite honefte conuerfacionis et fame ideoque propter tantarum virtutum prerogativam dicta fraternitas exiftit nutu confirmanda; Quare ex injuncto nobis officio pastoralis dictam veftram fraternitatem cum fuis obferuanciis folennitatibus et confuetudinibus quibuscunque, in quantum iuribus parochialibus derogare non videantur, cum omnibus bonis fuis prediis et poffeffionibus quibuscunque his prefentibus approbamus, ratificamus et in nomine domini confirmamus, prohibentes et precipientes mandantes omnibus et fingulis cujuscunque ftatus gradus et condicicinis exiftant in virtute fancte obediencie et fub pena excommunicationis late fulmine, quam in contrafacientes, terna tamen monicione canonica premiffa, in nomine domini ferimus in his fcriptis, ne dictam fraternitatem confratres ejusdem nec non bona poffeffiones et predia cum omnibus et fingulis redditibus prouentibus et obuencionibus ad eandem fpectancia per nos ut premittitur confirmatam directe vel indirecte quouismodo inquietent, moleftent, alienent aut ufurpare prefumant, Inhibentes eciam penis fub premiffis, ne quis prefens noftre confirmacionis privilegium infringere, aut aufu facrilego alienare attemptet, etiam in quantum diuinam ulcionem ac noftam et fuffefforum noftrorum ulteriorem coercionem velit enitare. Datum Lüneborch, anno domini M^oCCC^oLXXXV, in vigilia pentecoftes, noftri officii fub figillo in fidem et testimonium premifforum prefentibus appenfum.

XXIII. Grabfchrift des Vicar Jacob Brieke in Seehaufen, vom 6. Oct. 1396.

Anno domini MCCC^oXCVI^o VI die menfis Octobris Dominus Jacobus Briezeke perpetuus vicarius in Sehusen.

Leichenftein in der Pfarrkirche zu Seehaufen.

XXIV. Grabfchrift des Propftes Johann Putzenik zu Seehaufen, vom 30. Mai 1400.

Anno domini MCCCC penultima die menfis Maji obiit Dominus Johannes Putzenik Prepositus huius ecclefie canonicus in Stendalia cuius anima requiefcat in pace.

XXV. Burchard von Berge, Vicar des Bifchofs von Verden, beftätigt den Kaland zu Seehaufen, am 27. Mai 1403.

Borghardus de Monte, reuerendi in Christo patris ac domini domini Conradi Epifcopi Verdenfis Vicarius in fpiritualibus generalis, uniuersis et fingulis nobis in Christo dilectis Decano Camerario et confratribus confraternitatis Kalendarum in Seehufen Verdenfis diocefes in domino falutem fempiternam. Quia fraternitatem in Seehufen alias per reuerendum in Crifto patrem

ac dominum dominum Ottonem tunc Episcopum Verdensem, nunc verò Archiepiscopum Bremensem confraternitatem ratificatam et eandem iustam piam et deuotam fore inuentam cum omnibus suis bonis — confirmamus fraternitatem in Sehufen. — Datum Soltwedel, anno domini MCCCC, tertio, mensis Maji die vicesima septima, Vicariatus nostri sub sigillo presentibus impenso.

Der Inhalt stimmt mit der Bestätigung von 1395 überein.

XXVI. Burchard von Berge bestätigt als Vicar des Bischofs von Verden, daß der Domherr Johann Hildebrand, genannt Teufel, zu Stendal, die von dem Kloster Dambeck gekauften Hebunggen aus Heilgenfelde dem Bartholomai Altare in Seehausen geschenkt hat, am 26. Febr. 1404.

Nos Borchardus de Monte, Reuerendi in cristo patris et domini, domini Conradi Episcopi Verdensis vicarius in spiritualibus generalis, coram vniuersis et singulis presentibus et futuris publice recognoscimus per presentes, Quod honorabilis dominus Johannes hildebrand alias dictus duuel, Canonicus ecclesie sancti nicolai in Stendal, halberstadenſis dyoceſis, Ad laudem et honorem omnipotentis dei et in remedium omnium fidelium animarum, Ad altare beati Bartholomei apostoli ſiti et fundati in ecclesia parochiali Sehufen Verdensis dioceſis redditus annuales trium marcharum argenti ſtendalenſis valoris et warandie de duodecim fructis ipsius precarie in villa hilghenuelde, que iacet apud Monasterium in Arneſſe dicte Verdensis dioceſis, In feſtis beati Martini et beate Walburgis virginis ſingulis annis per colonos dicte ville, videlicet in feſto beati Martini de quolibet fructo quinque ſolidos denariorum monete ſoltwedelenſis et vnum modium ſiliginis, vnum modium ordeſi et vnum modium auene, Et in feſto beate Walburgis duos ſolidos cum dimidio denario dicte monete ſoltwedelenſis de quolibet fructo perſoluendos, quos quidem redditus a deuotis in cristo prepoſito, Abbatiffa, prioriffa et conventu Monasterii in Dambecke ordinis Cisterciensis ſepedictæ Verdensis dioceſis rite et debite emit et comparauit, motus deuota pietate, ut nobis expoſuit, donauit ac eidem altari in donacionem perpetuam assignauit. Quare dictus dominus Johannes nobis humiliter ſupplicauit, quatenus donacionem et assignacionem de predictis redditibus trium marcharum argenti, per ipſum ſic, ut premittitur, ordinatam, dignaremur auctoritate Reuerendi in cristo patris et domini nostri Episcopi Verdensis nobis in hac parte commiſſa ratificare et approbare et ad perpetuam rei memoriam confirmare. Nos uero iuſtis petitionibus ſepedicti domini Johannis non immerito ſpecialiter inclinati ſepedictos redditus trium marcharum argenti dicti Stendalenſis valoris et warandie ad dictum altare ſancti Bartholomei ſitum et fundatum in parochiali ecclesia Sehufen ac eorundem donacionem et assignacionem ratificamus et approbamus ac in hiis ſcriptis in nomine domini confirmamus, diſtrictius inhibentes vniuersis et ſingulis cuiuscunq; ſtatus aut gradus exiſtat, ne aliquid contra preſentem confirmacionem noſtram auſu temerario attemptare preſumat, ſi et in quantum offenſam omnipotentis dei et noſtram coercionem eccleſiaſtice cenſure voluerit euitare. In cuius rei euidentem teſtimonium preſentes noſtras litteras fieri et Sigilli vicariatus noſtri juſſimus appenſione communire. Datum Luneborch, Anno domini Milleſimo quadringenteſimo quarto, menſis february die XXVI^o.

Nach dem Orig. des Bresl. Universitäts-Archives.